

versam suam dyocesim super eos precepit crucem predicari, et lantgrafium contra eum in regem promovit, et cum ipso apud Franckfurdt contra regem Conradum, dicti imperatoris filium, pugnans, hostibus captivatis, occisis, in Mogo¹ mersis, gloriose triumphavit. Quo lantgravio mortuo iterum cum aliis episcopis comitem de Hollandia in regem elegit et ei fidelissime usque ad mortem suam adhesit. Hic quoque convocatis suffraganeis suis cum maxima gloria indulgenciarum et conviviorum maiorem ecclesiam Moguntinam² dedicavit. In hac dedicacione tanta multitudo populorum advenit, quod eos nec³ civitas nec campus⁴ capere possent, ita quod trans Renum apud Castel⁵ et in insulis⁶ staciones fieri oportebat⁷. Is 20. pontificatus sui anno, cum in flore adhuc iuventutis⁸ sue esset, venerabili domino Walthero abbate Ebirbacensi sibi pure confessionis et amarissime contricionis testimonium dante⁹, proh dolor de hac luce migravit appositusque est ad patres suos et in monasterio sancti Martini ante altare beate Marie virginis sepultus, planxitque eum omnis ecclesia multo tempore. Porro post eum usque ad diem hanc non surrexit similis ei; anima eius requiescat in pace Amen¹⁰. Idem archiepiscopus ob magnam fidelitatem quam habuit erga sedem Romanam ab Innocencio papa abbaciam Foldensem¹¹ una cum episcopatu suo accepit gubernandam anno Domini 1220. Idem edidit multa bona statuta provincialia et synodalia, sed deviauit in illo quod dedit civibus Maguntinis privilegium etc. et ad destruendum opidum Castel etc.¹² Istis temporibus regnavit Friedericus secundus Romanorum Iherusalem et Sicilie rex. Privilegium innovatum et confirmatum anno Domini 1234, mensis Novembris, imperii sui anno 14¹³.

Cristianus.

Cristianus archiepiscopus Maguntinus regnavit annis 3. Obiit 1225¹⁴, 7. Idus Marcii. Nota. Idem episcopus consecravit ecclesiam Maguntinam sub anno 1239. Ille episcopus erat Siffridus qui ecclesiam consecravit¹⁵.

1) Cod. Eb. 'Mogino'. 2) 'Moguntine' Mog. 3) Fehlt in beiden Hss. 4) 'campis' Mog. 5) 'Castella' beide. 6) 'et insulas' Mog. 7) 'oportebant' Mog. 8) 'iuventus' Mog. 9) Cod. Eb. 'abbati' und 'testimonio dato' ganz unsinnig. 10) Hier findet sich im Mog. der Zusatz: 'Ista iungenda precedentibus sunt', ein Beweis, wie slavisch copiert ist. Im Cod. Eb. fehlt der Satz. 11) 'Fuld.' Eb. 12) Cod. Eb. nur: 'Idem archiepiscopus dedit civibus Maguntinis privilegium libertatis ab omnibus exactionibus etc. et ad devastandam civitatem Castel, quod ita factum est'. Auch die folg. Notiz hat er nicht. 13) Böhmer-Ficker 2064. Hier folgt im Mog. der vermuthlich später eingeschobene Absatz über Sifried II, s. oben S. 135. 14) Eb. 1254. Er resignierte 1251. 15) Wieder ein Beweis, wie gedankenlos abgeschrieben ist. Im Cod. Eb. ist diese Notiz mit Recht vor Christian gestellt. An der Jahreszahl ist in der Mainzer Hs. radiert. Widm. — Die Weihe ist schon oben be-